

nunc iauit, cùm ingenuè scriptum reliquit, τὰ μὲν ἀπορέμεν,
 τῶν δὲ ἐφαπτόμεθα τινὰ τροπού. Sed de his tuum erit iudicium
 à quo ego nunquam discedam. Vale: & diuinis tuis lucubratio-
 nibus hanc etatem ornare, ac sapientia omnes studiosos docere
 perge, meq[ue] cum Marcello meo mutuo ama. Ex secessu meo
 Paschouiano. Kal. Febr. M. D. LXXIX.

Verba Physici Germani Opauiae ducatus Medici,
 ad Illustrem virum Dudithium.

Ad rem quod attinet, hoc est naturā, causas, & effectus Cos-
 metæ, omnino nunc manus do, & verè affirmo apud me oēs Co-
 metas quicūq[ue] fuerint hactenus, hoc Marcelli scripto cōsumtos,
 & extinctos, atq[ue] me fortè tertium esse qui quid Cometa sit igno-
 ret. quocunq[ue] enim te vertas, arietes oppositi sunt ad conuel-
 lendarum veterum & recentiorum de Cometis opinionem falla-
 cem, quos si legerent mēdaces illi nouissimātēs quos infinitos
 insanabile etiamnum scribendi nōnōnēs detinet, puderet pro-
 fectō olei, atque opera impensæ, & haud scio an à quoquā
 accuratius hoc Marcello excepto quicquā de hoc
 scribi possit.

DE